



# Achter Jahresbericht

über das

vom Löbauer Schulverein gegründete paritätische

# Progymnasium zu Löbau Wpr.

für das Schuljahr

von Ostern 1881 bis ebendahin 1882,

womit

zu der auf den 31. März 1882 angesetzten

## ÖFFENTLICHEN PRÜFUNG SÄMTLICHER KLASSEN

die Wohlloblichen Städtischen Behörden, die Eltern und Angehörigen der Schüler, sowie alle  
Gönner und Freunde des Schulwesens und der Anstalt


IM NAMEN DES LEHRERKOLLEGIUMS

ehrerbietigst einladet

der Rektor des Progymnasiums

Richard Hache.


Inhalt: 1. De participio Thucydidio. Pars I, 4. 5. Vom Rektor.  
2. Schulnachrichten vom Rektor.



Löbau Wpr. 1882.

Druck der R. Skrzeczek'schen Offizin.

1882. Programm. No. 31.



## De participio Thucydidio.

### Prima pars.

4.

Venio nunc ad eum usum participiorum, quem nulla alia ratione explicare sibi visus est Poppo nisi duarum loquendi rationum confusione statuta. Legitur enim aliquot, non ita multis apud Thucydidem locis *διὰ τὸ*, quod grammaticae legibus convenienter cum infinitivo conjungendum est, cum accusativo participii masculini generis plurali numero, velut V, 7, 1: *διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους*. Hanc existimat Pp. structuram exortam esse ex his duabus dicendi formulis *διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθῆσθαι* et *ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους* permixtis: quae permixtio haud ita probanda videatur, praesertim cum vix exemplis ex aliis scriptoribus depromptis illustrari possit, nusquam autem hanc ipsam structuram Thucydidis propriam (*ιδίωμα*) esse traditum sit. Nec vero Bernhardyus (Synt. Graec. p. 312) recte statuit apud Thucydidem articulum saepe pro demonstrativo pronomine *οὗτος* legi, ut I, 2: *ἐκ τοῦ* (daher), IV, 63. V, 7: *διὰ τὸ* (deshalb), itemque VIII, 105, et VI, 1: *τὸ μὴ ἤπειρος οὕσα* (dass sie nicht — ist), ita ut nostro loco *διὰ τὸ* pro *διὰ τοῦτο* positum esset. Nam et hic articuli usus in prosa oratione inauditus est magisque apud tragicos invenitur et quod *διὰ τὸ* tam prope ad participium positum est multum habet offensionis, ne dicam sententiam omnibus qui hic recensentur locis, si Bernhardyus sequamur, valde incommodam oriri. Sed nos vertamus ad locos ipsos, quorum in quoque quid ipse de hac structura sentiam explicare licet. Ac primus est locus:

IV, 63, 1: *Καὶ νῦν τοῦ ἀφανοῦς τε τούτου διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ τὸ ἤδη φοβεροῦς παρόντας Ἀθηναίους, κατ' ἀμφοτέρα ἐκπλαγέντες, — ἀποπέμπωμεν.*

Hoc loco si liceret uti ea quam Abresch. in Dilucid. profert interpretandi ratione, quippe qui post *διὰ τὸ* repetat *δέος*, ita ut *δέος* et cum genitivo et cum accusativo sit conjunctum, omnis sublata esset difficultas. Sed neque oratio sic variari potest, ut recte adnotat Pp., neque talis ellipsis ferri neque si ferri posset, usquam *δέος* vel *φόβος* sic cum accusativo, uti verba *δεδιέναι* et *φοβεῖσθαι*, conjunctum reperitur\*): praeterea *δέος φοβεροῦς παρόντας Ἀθ.* mira orationis ubertate dictum esset. Dukas subintellegit post *παρόντας* verbum *εἶναι*, ita ut scriptor hoc *εἶναι*, quod jam participio *παρόντας* contineatur, omiserit (*Παρόντας εἰπὼν περιττὸν ᾗδη προσθεῖναι καὶ τὸ εἶναι κατὰ τὸ δέον ἢ γοῦν τὸ παρόντας εἰς τὸ παρεῖναι, ὡς λόγος ὁ ὀρθὸς ἀπαιτεῖ, μετασχηματίζσαι ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῷ παρόντι συνεννοήσας, τὸ δὲ δευτέρου τῷ ἡγουμένῳ πτωτικῷ συμφωνήσας κατέλιπεν ἀτελὲς τὸ τοῦ λόγου*).

Haec a Duka prolata explicatio paene congruit cum ea, quam Pp. (Prolegg. I, 1, p. 150) nobis probare vult, confusione duarum loquendi rationum statuta, cum addat imitari hoc dicendi genus Cantacuz. I, 38. Goeller. Arnold. Haack. suffragantur Popponi et hoc loco et V, 7, 1, quem infra tractabimus. Nec tamen persuadere mihi possum Thucydidem re vera duas loquendi rationes sic permiscuisse, praesertim cum ceteris, quibus structuris *διὰ τὸ* cum inf. aut *διὰ* cum participio (addito articulo) utitur, locis eas accurate discernat. Nam et legimus apud eum I, 142, 3: *διὰ τὸ — αὐτοὶ — ἐπιφέρειν*, IV, 35, 1: *διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναστρέφασθαι*, IV, 18, 1: *διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθομένῳ αὐτοῦ πιστευόντες ἐπαίρεσθαι*, IV, 88, 1: *διὰ τὸ ἐπαγωγὰ εἰπεῖν τὸν Βρασίδαν*, V, 11, 3: *διὰ τὸ — τὴν μάχην γενέσθαι*, V, 71, 1: *διὰ τὸ φοβουμένους προστέλλειν*, VI, 84, 1: *διὰ τὸ μὴ ἀσθενεῖς ὑμᾶς ὄντας ἀντέχειν Συρακοσίοις\*\*)*, VII, 44, 3: *διὰ τὸ κρατοῦντας ἀγνοεῖσθαι*, et VI, 80, 2:

\*) Nam Demosth. 19, 81: *τεθνάναι τῷ φόβῳ τοὺς Θεβαίους καὶ τοὺς Φιλίππου ξένους* recte Schäfer. dicit *τ. τ. φ.* idem esse quod *ὑπερφοβεῖσθαι*, cf. Aristid. t. 2, 157, qui Dem. locum imitatur, ibique scholia. Nec aliter apud Dem. 53, 10: *τεθνηχέναι δέει τοὺς ἀποστόλους*.

\*\*) Hoc loco non est quod cum Bauero *ὄντας* pro *εἶναι* positum putemus, ita ut sententia oriatur: „quia vos non sitis infirmi resistere Syracusanis“ (schol. *διὰ τὸ δύναμιν ἔχειν ὥστε*). Et B. ipse dicit fortasse *ὄντας* pro *εἶναι* positum esse, sed cum idem sensus ex verbis uti sunt efficiatur: quia vos non debiles resistitis, *διὰ τὸ* cum inf. *ἀντέχειν* conjungendum est.

δι' ἡμᾶς μὴ ξυμμαχήσαντας, VIII, 76,4: δι' ἑαυτοὺς προκαθημένους, VIII, 100,3: διὰ τοὺς ἐκ τῆς Μυτιλήνης Ἀθηναίων φρουροὺς προελθόντας. Nostro igitur loco nihil restare videtur nisi ut Reiskii conjecturam, qui διὰ τοὺς pro διὰ τὸ scribendum esse putat, cum Kruegero probemus. Certe structura διὰ τὸ παρόντας legibus Graecae linguae contraria esset: sed nescio an, sicut cetera quae ad tempus et locum pertinent adverbia cum articulo neutrius generis conjunguntur (τὸ πρὶν, τὸ αὐτίκα, τὸ ἔπειτα, τανῦν etc.), ita etiam hoc loco τὸ ἤδη connectendam sit: et quamquam haec sententiam statim exemplis illustrare non possum, talis tamen copulatio universae rationi linguae Graecae minime repugnat.

Sequitur alter locus V, 7, 1: αἰσθόμενος τὸν θροῦν καὶ οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθήμενος βαρύνεσθαι ἀναλαβὼν ἦγεν. Ac primum quidem constat αὐτοὺς βαρύνεσθαι pendere ex verbis οὐ βουλόμενος et verbis διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθήμενος causam verbi βαρύνεσθαι contineri necesse esse: sed quomodo nunc verba διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθήμενος grammaticae legibus convenienter explicabuntur? Tam simplici ratione quam Bernhardus voluit vix fieri potest, praesertim cum sic oratio languore nimio laboraret. Popponis autem confusioni, quam supra diximus, grammaticae leges obstant. Nec magis Heilmanni sententia probanda est, qui mira verborum traiectione statuta verbaque οὐ βουλόμενος absolute pro ἄκων posita esse ratus locum ita vertit: so dass er, als ihm dieses Gemurmel zu Ohren kam, gegen seine Neigung (καὶ = καίπερ), bloss um ihrem schwierigen Betragen dieses langen Stillsitzens wegen ein Ende zu machen, mit ihnen aufbrach und fortrückte. Habet enim haec explicatio, quod etiam ipse Hl. concedit, „bei aller grammatischen Regelmässigkeit doch in der Verbindung der Begriffe etwas ja so sehr Gezwungenes:“ ideoque negligentiam quandam scriptoris statuere mavult, qui in verbis διὰ τὸ καθῆσθαι βαρύνεσθαι primum scriptis propter duos subsequentes infinitivos pro priore infinitivo participium posuerit et διὰ τὸ expungere oblitus sit. Sed Thucydides aliis locis ingratum duorum subsequentium infinitivorum sonum non vitat, ut VI, 78, 2: βεβαιώσασθαι βούλεσθαι et II, 87, 2: ἐνδέχεσθαι σφάλλεσθαι (Xenoph. Anab. I, 4, 14, χρῆναι διαβῆναι), nec tam gravem negligentiam ei tribuere licet. Schol. dicit καθήμενος positum esse pro καθήμενων, quo res clarior certe non fit, cf. Abresch. Dilucid. p. 496, cujus verba haec sunt: Ἦος (quod schol. vult) non percipio; aliquid dixisset, si etiam καὶ βαρύνεσθαι — positum statuisset pro καὶ — βαρυνόμενων διὰ τὸ — καθῆσθαι, αἰσθόμενος τὸν θροῦν καὶ οὐ βουλόμενος τοῦτο ἐπὶ πλέον γενέσθαι: quae explicandi ratio verborum ordine verbisque ipsis sententiae convenienter mutatis mihi satis violenta et quaesita videtur esse. Bauerus autem, cum aut participium pro infinitivo positum esse aut διὰ τὸ pro glossemate expungendum putet, nodum gladio expedit, non explicat. Nec aliter Dobree, sed quaerit is quidem, num καθήμενον legendum sit, ut V, 9: τοῦ μένοντος, adductus lectione quam praebet Aug. codex καθήμενος, quae correcturae simillima est. Quod van Velsen (Schedae criticae p. 13 seqq.) post βαρύνεσθαι requirit ἀτολμοτέρους γίνεσθαι aut simile quid, nihil ad locum explicandum confert, sententiam autem non est cur nobis exponat. His igitur omnibus interpretationibus parum proficitur: restat ut Kruegeri explicationem consideremus. Is conjungit διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ, quod vertit (conferens I, 2, 2: ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον): propter commorationem eodem loco, et καθήμενος cum βαρύνεσθαι conjunctum pendere vult ex οὐ βουλόμενος, καθήμενος (collato IV, 124,4: ἐβούλετο μὴ καθῆσθαι, quod schol. verbis ἀργὸς εἶναι explicat,) vertens: bei ihrer Unthätigkeit, ita ut sententia sit: da er nicht wollte, dass sie bei ihrer wegen des Verweilens an demselben Orte entstandenen Unthätigkeit schwierig würden. Subintellegit igitur ex participio καθήμενος ad verba διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ infinitivum καθῆσθαι, id quod jam Bredow. voluit. Haec est Kruegeri explicatio. διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ, quamquam IV, 35, 1 legimus: διὰ τὸ ἐν αὐτῷ αἰὲ ἀναστρέφεσθαι, sic usurpatum, ut ad id quod neutrum articuli in universum significat ex praecedentibus singularis et sententiae accommodata notio supplenda sit, nihil habet offensionis, minime apud Thucydidem. Sed sic participium καθήμενος satis supervacaneum mihi videtur, praesertim cum post ἄχθεσθαι τῇ ἔδρῃ, quae verba proxime praecedunt, καθήμενος nunc ad sententiam amplificandam addere minime opus sit: nec vero Kruegeri interpretatione probata καθήμενος abundat, sed utique abundat. Quae cum ita sint, haud scio an καθήμενος ad verba διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ explicanda primum ab interprete quodam ad marginem scriptum sit, deinde glossematis natura exstincta in orationis perpetuitatem transierit. Ceterum cum sic uti verba

leguntur infinitivus alter post βαρύνεσθαι desideretur, quid nos impedit, quominus hunc infinitivum β. bis cogitatione comprehendamus?

VIII, 105, 2: πρὶν οἱ Πελοποννήσιοι διὰ τὸ κρατήσαντες ἀδεῶς ἄλλοι ἄλλην ναῦν διώκειν ἤρξαντο — γενέσθαι. Optimi et plerique libri hoc loco praebent διώκοντες, quod ferri nequit, nec collato II, 91, 2: ἀτάκτως διώκοντες διὰ τὸ κρατεῖν\*) demonstratur διὰ τὸ κρατήσαντες idem esse quod διὰ τὸ κρατῆσαι. Sententia vero, infinitivo διώκειν probato, patet: ἀτακτότεροι ἐγένοντο διὰ τὸ κρατήσαντες — διώκειν.

VI, 1, 2: καὶ τοσαύτη (Σικελία) οὔσα ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διεύρεται τὸ μὴ ἤπειρος οὔσα. Hoc loco contra omnes grammaticae leges legitur τὸ μὴ — οὔσα, unus modo liber praebet εἶναι. Sic quoque legisse videtur Demetrius Phalereus §. 72 (Wasse). Abresch. p. 569 verborum ordinem, simili et mira, qua supra (V, 7, 1) Hl., verborum traiectione usus, hunc statuit: καὶ τοσαύτη οὔσα, μὴ οὔσα ἤπειρος, διεύρεται τὸ [εἶναι τοῦτο] ἐν εἴκοσι στ. etc. Sed haec violenta verborum trajectio valde abhorret a sana interpretatione. [Affert A. magnum similibus locorum numerum, quibus τὸ aut τὸ μὴ post κωλύω vel διεύρω cum infinitivo legitur, ex quibus unum afferre licet: Aristid. t. 1, p. 373: οὔτε θάλαττα διεύρει τὸ μὴ εἶναι πολίτην.] Krueger. confert hoc loco ex Thucydide ipso III, 1,1: τὸν πλεῖστον ὄμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον τὸ μὴ προεξιόντας — κακουργεῖν. Est igitur pro participio οὔσα, quod fortasse a praecedenti οὔσα originem duxit, scribendum εἶναι, ut grammaticae legum ratio servetur. Ex Charit. Aphrod. Abresch. confert VII, p. 116: λεπτή εἴσοδος αὐτὴν συνάπτουσα τῇ γῆ κωλύει τὸ μὴ νῆσον εἶναι.

Restat locus I, 2,2: τὴν γοῦν Ἀττικὴν, ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτογεῶν ἀστυασίων οὔσαν, ἄνθρωποι ὄκουν οἱ αὐτοὶ αἰεὶ. At recte cum Kruegero verba ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον sic explicabimus, ut significetur: seit der ältesten Zeit — die längste Zeit hindurch, cf. I, 32, 3 et IV, 72, 3: ἐν τῷ πρὸ τοῦ. Sic ne hoc quidem loco duarum loquendi rationum confusio statuenda est, sed praeferenda interpretatio, qua grammaticae legibus satisfiat.

5.

Jam postquam varia quae apud Thucydidem participii aut propria sunt aut esse dicuntur supra perlustravimus, paulo accuratius considerandum nobis est, quam singulari ratione scriptor noster neutro participii saepius utatur. Reperitur enim apud eum haud raro participium neutro genere ita positum, ut nominis substantivi naturam induat,\*\*) eodem modo quo infinitivo, adlito articulo neutrius generis, substantivi verbalis vis tribuitur. Neque tamen hic usus participii ex tragicis depromptus (cf. Aesch. Eum. 686: τὸ μήτ' ἀναρχὸν μήτε δεσποτούμενον, Soph. Oed. Col. 1220: τοῦ θέλοντος, ubi Reiske. et Schneidew. θέοντος corrigunt) ad multos pertinet scriptores praeter Thucydidem et Plutarchum, apud ceteros prosae orationis scriptores paucis invenitur locis. Est autem hoc proprium Thucydidis pro substantivis abstractis, quibus magis notio universalis et rei a materia se junctae continetur, neutra cum participiorum tum adjectivorum ponere: qui usus inde profectus esse mihi videtur, quod actionem, quae substantivo nomine expressa quasi omni motu caret et fixa stabilisque est, neutro cum articulo conjuncto sensibus atque oculis tanquam subicere voluit scriptor, ita ut non tam universalis notio quam actio, quae notione continetur, quomodo quolibet tempore et a quovis homine agatur, significetur. Quod Bernhardus censet sic notionum universalium vim ac gravitatem satis perspicue exprimi,

cum illae notiones, non substantivo abstracto, sed adjectivi vel participii neutro genere, adlito articulo, expressae re vera in nominis concreti significationem abeant nominis abstracti natura plane deposita, multo melius dixisset sic notionum universalium quae animo tantum concipi possunt gravitatem et stabilitatem ita tolli, ut notio quaedam certa ac definita evaderet, quae oculis posset cerni. Recte igitur Classenius judicat Thucydidem sic pro notionis universitate abstracta (i. e. a temporis rerumque conditionibus libera ac soluta) nobis hanc notionem ad actionem aliquam quae re vera fiat relatam ostendere. Haasius (lucubratt. Thucydd.) distinguit hunc participii neutro genere singularis positi usum ab utraque illarum rationum, qua verborum notio substantivi nominis na-

\*) Quem locum a nullo, ne a Poppone quidem, allatum esse miror.

\*\*) cf. Matth. Gr. Gr. §. 570 (et §. 269). Krueg. Gr. Gr. §. 43, 4,27 et 28. Bernhard. Synt. Gr. p. 327. Haase, Lucubb. p. 39 sqq. Poppo. Prolegg.

turam induit: substantivis verbalibus notionem ipsam agendi indicari, quae stabile quid et fixum sit, non tempore adstrictum neque sub oculos cadens, sed sola mentis intentione conceptum et sempiternum, i. e. substantivo verbali notionem actionis ab omni vel spatii vel temporis ratione liberam ac nudam significari: infinitivo autem addito neutrius generis articulo agendi motum ipsum declarari, i. e. actionem quae aliquo (sed infinito) tempore fiat: denique participium neutro genere positum ex utraque illarum mixtam habere significationem, ita ut actio certi ejusdam hominis vel rei propria esse dicatur (sic enim eodem termino et notionis aeternitatem coarctari et subitum agendi motum extendi et quasi consistere), quae re vera fiat, non certo aliquo tempore, sed quocumque tempore hic homo vel haec res id quod agitur agere potest. Et recte videtur sic vim participii neutro genere pro substantivo nomine positi definire Haasius: nam certe agendi notio quae verbo continetur etiam participio inest, et ob id ipsum apud Thucydidem, quem subtilitatis orationis causa substantivis abstractis concreta praeferre videmus, ejus participii usus latissime patet. Ceterum Dionysius Halic., quamquam vituperat, quod τὸ βουλόμενον et τὸ δυνάμενον a Thucydide pro βούλησις et δύναμις usurpantur, in Archaeolog. Nostrum imitatur. Jam recenseamus singulos locos, quorum primus exstat:

I, 36, 1: τὸ δεδιὸς αὐτοῦ et τὸ θαρσοῦν μὴ δεξαμένον κτλ. Participia hic pro τὸ δέος et τὸ θάρσος substantivis abstractis posita sunt, i. e. metus, ne foedus frangat, et fiducia in ipsarum pacificationum stabilitate posita, μὴ δεξαμένον autem melius cum ἀσθενὲς ὄν conjungitur: quae si nos non receperit infirma apparet. Imitatur τὸ δεδιὸς Dion. Arch. 6, 36. Dion Cass. 39, 45. τὸ θαρσοῦν 37, 1. 42, 1. 47, 29. 73, 2.

I, 84, 1: τὸ βραδὺ καὶ μέλλον pro μέλλησις, quae significatio hoc loco ideo tantum ferri potest, quod τὸ μέλλον (cunctatio) cum τὸ βραδὺ (tarditas) conjunctum est. §. 2: παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῶν pro παρὰ τὴν ἡμετέραν δόξαν facilius fertur (Plat. Theaet. p. 158. E. τῷ δοκοῦντι), et II, 61, 2: τὸ λυποῦν (Pr. = τὸ δάκνον), id quod molestiam affert (Krueg. confert Men. 148: αἰεὶ τὸ λυποῦν ἀποδίωκε τοῦ βίου).

I, 90, 2: τὸ βουλόμενον καὶ ὑποπιον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες, pro βούλησιν καὶ ὑποψίαν. De τὸ βουλόμενον cf. Krueg. Dion. p. 231 (Antiph. p. 138, τὸ κείνου βουλόμενον, voluntas ejus, Eurip. Iph. A. 1270.)

I, 142, 4: ἐν τῷ μὴ μελετῶντι, non pro infinitivo, „bei ihrer Übungslosigkeit.“

II, 35, 3: τῷ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν, schol. τῶν ἐπαίων, quod Pr. probat, = τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐπαίων, ut Thuc. II, 45: καθ' ὑπερβολὴν ἀρετῆς. Haasius autem vertit: quod autem supra ipsos est, ei invident (cf. Sall. Cat. 3.)

II, 59, 2: ἐβούλετο ἐπαγαγὼν τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης (animi iram) πρὸς τὸ ἡπιώτερον καὶ ἀδεέστερον καταστήσαι.

II, 63, 1: τῆς πόλεως τῷ τιμωμένῳ, dignitati quam respublica habet (Matth. Gr. Gr. §. 269). Xen. Mem. I, 2, 43: τὸ κρατοῦν τῆς πόλεως.

II, 87, 2: τῆς γνώμης τὸ μὴ κατὰ κράτος νικηθέν. Hoc est eadem ratione dictum qua supra τὸ βουλόμενον τῆς γνώμης, et recte vertit Haasius: (non convenit calamitatis eventu debilitari) animos qui per vim superati non sunt, ita ut τῆς γνώμης τὸ νικηθέν idem sit quod ἡ γνώμη νικηθεῖσα (ut eadem §. ad τῆς ξυμφορᾶς τῷ ἀποβάντι schol. adnotat: τῇ ξυμφορᾷ ἀποβάση.) Hic locas mirum in modum a viris doctis tractatus est, cum hoc (quod infra pluribus ex Thucydide ipso depromptis exemplis demonstrabo) concedere nollent genitivum hoc loco non esse quem vocant partitivum. Dukas quidem animi distributionem statuit dicens victum esse τῆς γνώμης τὸ μὲν διὰ τὴν τύχην, τὸ δὲ διὰ τὴν ἀνδρίαν οὐ. At partem animi (sive fortitudinis: cur autem hoc loco τῆς γνώμης idem quod τῆς ἀνδρίας esse putandum est?) quia non per vim superata sit, non debere debilitari quid hoc sibi velit, vix intellegere sibi videtur Osiander. Nee ego intellego, cum quaerenti mihi, quae tandem pars clade animi victa sit, nihil aliud respondere possim, nisi hoc: victam esse calamitate spem victoriae, quam hostes modo reportaverint, invictam esse fortitudinem et fiduciam alio tempore victoriae reportandae. Certe autem Thucydides hoc loco non illud dicere vult, sed, ut ex seqq.: νομίσαι ταῖς μὲν τύχαις ἐνδέχασθαι σφάλλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ταῖς δὲ γνώμαις τοὺς αὐτοὺς αἰεὶ ἀνδρείους ὀρθῶς εἶναι luculentissime apparet, Peloponnesiorum duces

militibus dicentes facit: Cum propter inscientiam, non ignaviam victi sitis, non aequum est animos quoque vestros frangi calamitate, quae vobis acciderit, ita ut militibus fortuna victis invictus ipsorum animus opponatur (cf. VI, 72, 2: τὴν γὰρ γνώμην οὐχ ἡσσησθαι). Hanc explicationem sententia postulat. Sed cum τῆς γνώμης τὸ νικηθέν pro τὴν νικηθεῖσαν γνώμην dictum grammaticae legibus congruere neget Poppo (quod idem raturus in Flor. Vinac. exinutili conjectura τὸ τῆς γνώμης τὸ — in margine quis addidit) ei que displiceat Dukae explicatio, quae durissima mihi videtur, praesertim cum reputem verba fieri ad milites, qui subtilissimum illud discrimen animi partium statim concepisse vix putandi sunt, — his de causis Pp. conjungit τῆς γνώμης cum ἀμβλύνεσθαι, Osiandro auctore, cui cum Kistem., „quod defectum hoc verbum indigitet,“ hoc placuit, et τὸ νικηθέν idem esse putat quod τοὺς νικηθέντας\*), quod quidem facile fieri potest alias, sed ἀμβλύνεσθαι nusquam reperitur cum genitivo. Quae vero grammaticae leges, si τῆς γν. τὸ νικηθέν pro τὴν γνώμην νικηθεῖσαν acceperimus, violabuntur? certe nullae, nec structura a Thucydidis genere scribendi abhorret. Conferre mihi liceat Bernhard. Synt. Graec. p. 156, qui verba facit de genitivo partitivo ibique commemorat eum usum, quo non tam distributio cogitatur, quam gravitas orationis hac quae videtur distributione efficitur, ex ipsoque Thucydide exempla profert: I, 70, 2: τῆς γνώμης τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι, III, 30, 2: τὸ καινὸν τοῦ πολέμου: sic certe notioni τὸ καινὸν jam dictione qua scriptor usus est id pondus additur, quod, si dixisset ὁ καινὸς πόλεμος, voce ei tribuendum esset. His locis alios nonnullos adjunxerim: II, 89, 4: τῆς διανοίας τὸ βέβαιον, animi firmitatem. I, 120, 3. I, 120, 4. I, 68, 1. II, 40, 4. II, 61, 2 (ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἀσθενεῖ τῆς γνώμης). II, 63, 1. II, 84, 2. II, 59 (τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης). I, 90 (τὸ βουλούμενον τῆς γνώμης). III, 10, 1 (ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης). III, 38, 2. 44, 2. 47, 3. 82, 3. (ἐκ τοῦ πολυτρόπου αὐτῶν τῆς γνώμης). II, 42, 2. 44, 3. IV, 10, 2. 63, 1 (τὸ ἐλλιπὲς τῆς γνώμης). 92, 3. 127, 2. V, 9, 4 (τῷ ἀνεμμένῳ τῆς γνώμης). V, 68, 1. VI, 72, 4. VII, 68, 1 (τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον). VIII, 48, 2. (cf. τὸ τῆς ξυμφορᾶς III, 59, 1. τὸ τῆς τύχης IV, 18, 2. VII, 61, 2.) etc. In omnibus his exemplis neutro adjectivi vel participii semper significatur, qualis sit natura ejus rei, quae genitivo expressa est, sed quo major vis addatur qualitati, quae substantivo tribuitur, hoc quod habemus dicendi genus usurpatur\*\*): nec distributionem animo nos comprehendere oportet, ita ut una quasi substantivi qualitas significetur, sed hac qualitate tota nominis substantivi notio praedita est.

III, 10, 1: ἐν τῷ διαλλάσσοντι τῆς γνώμης. Gottl. = διαλλαγή. Portus: in animorum discordia, melius discrepantia. Hoc dicendi genus insolitum imitati sunt Procop. p. 16, 2. 54, 2. (Bloomf.) hist. arc. c. 15, p. 116. ed. Orelli. c. 12, p. 96. (Haase), Arrian. IV, 30, 4 (ἐν τῷ διαμέλλοντι τῶν σπονδῶν), totum hunc locum Procop. 145, 32.

III, 38, 4: μετὰ δεδοκίμασμένου (post μετὰ καινότητος λόγου) μὴ ξυνέπεσθαι ἐθέλειν. Hs. vertit: si quis sobriam rerum aestimationem affert, Port.: spectatam ac probatam orationem nullo modo sequi. Krueg. (cf. I, 142, 4: ἐν τῷ μὴ μελετῶντι): bei Bewährtheit, anerkannter Trefflichkeit von Vorschlägen.

III, 43, 3: χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιστα καὶ ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι ἡμᾶς περαιτέρω προνοῦντας λέγειν ὑμῶν τῶν δι' ὀλίγον σκοποῦντων. Hoc loco si legimus ἀξιοῦντι, quaeritur, utrum hoc pro ἀξιώσει an pro ἀξιωματι positum sit. Atque Port. et Valla vertunt: in tanta imperii dignitate, quos sequitur Matth. Gr. Gr. §. 570. Melius Schol. et Steph.: in hujusmodi opinione vestra, in illa tali existimatione vestra, de rhetoribus maligna atque invidiosa, i. e. cum ita suspicaces sitis, ut omnia in malam partem interpretemini. ἀξιοῦντι igitur pro ἀξιώσει positum esset, quod Duker. adn., Pp., Kistem. Haack., Goell., Arn., Bloomf. probarunt. Contra hanc omnium fere Thucydidis interpretum sententiam disputat Haase (lucubr. p. 40), cum neget usquam tali participio adjectivum addi posse: et recte hoc monuit, cum participium, quamquam substantivum factum est, tamen, ut infinitivus, verbi naturam non adeo exuere possit, ut, si notio quae participio inest accuratius definienda sit, adjectivo definiatur,

\*) Occurrit mihi V, 73, 3: τῶν Ἀργείων τὸ ἡσσηθέν.

\*\*) Qua de re Heilm. de serm. et ing. Thucyd. p. 53 recte, verum tamen subobscurum: „Ein solcher Ausdruck ist reduplicative gebraucht, d. h. es wird dadurch nicht nur eine gewisse Beschaffenheit einer Sache ausgedrückt, sondern zugleich noch dieses, dass das folgende Prädikat davon stattfindet, insofern es diese Beschaffenheit hat.“

sed adverbio solo sic licet uti, et I, 36, 1: τὸ δεδιὸς ἰσχὺν ἔχον dici potuit nec tamen τὸ ἰσχὺν ἔχον δεδιὸς pro τὸ ἰσχυρῶς δεδιὸς\*). Cf. III, 38, 2: τὸ πᾶν δοκοῦν, quod non cum Kistem. et Hs. ceterisque vertendum est: quod maxime placebat (id quod esset τὸ δόξαν, decretum Atheniense, quod prius factum est), sed: id quod inter omnes constat.\*\*\*) Satis autem erat ex grammaticae legibus explicasse rationem non habere τὸ τοιόνδε ἀξιοῦν: nam quae Hs. de sententia disserit, ea non multum valent, id quod ipse videtur intellexisse. Dicit enim Diodotus: Vobis optima consilia non minus suspecta sunt quam mala, quamobrem is, qui optima suadet, non minus dolo rhetorico in sententiam suam vos adducere cogitur, quam is, qui insanissima ut faciatis vobis persuadere vult. Cum igitur animi vestri tales sint, nemo in urbem beneficium conferre potest, quin vobis quid narret: nam si aperte de urbe meretur, in suspicionem vobis venit se occulto quaestum inde facere velle. Sed quamquam talis mos vester est, tamen, cum res de quibus deliberatur maximi momenti sint, verba facere nos oportet, si quid longius prospicimus quam vos, qui res per breve tempus consideratis, praesertim cum nobis qui suademus, si consilium nostrum non aptum fuerit, ratio reddenda sit, vos qui auditis poena maneat nulla. Haec est sententia. Nunc quaerit Hs.: num forte ideo oratores sapientius res futuras prospicient, quod sciunt infestos sibi ac suspiciosos eorum qui audiunt animos fore? Id enim si reputaverint ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι sibi dicendum fore, multo magis decipere audientium animos cogitabunt quam illud, ut sint περαιτέρω προνοοῦντες. At, quod ipse concedit Hs., hoc incommodum tollitur, si καὶ particula pro etiam accipitur, ut nos dicimus: trotz dieser eurer Gesinnung. Quod vero Hs. affert χρῆ cum λέγειν conjungi non posse, cum non possit sic in universum dici χρῆναι id quod non tam pendeat a voluntate hominum quam a facultate, contra moneo inter δεῖ et χρῆ idem interesse quod inter necesse est et oportet, ita ut, si necessitatis notio in rei vel sententiae natura posita sit, verbo necesse est, si vero exprimere volumus ratione habita rerum quales exstant non aliter esse agendum sive putandum, si quidem recte aut agere aut existimare velimus, verbo oportet utendum sit. Et Hs. ipse, ne hac in re longior sim, vertit oportet nos, cum sententiae suae convenienter ponere deberet necesse est. Ex his igitur omnibus apparet sententiam ex utraque interpretatione eandem evadere: oportet nos, cum summa commoda agantur, vel etiam in isto vestro more hoc a nobis exigere, ut aliquanto longius prospicientes verba faciamus. — Ad ἐν τῷ τοιῷδε affert Hs. ex Thuc. III, 42, 4. II, 36. V, 88. ἐν τῷ τοιούτῳ III, 81. IV, 56. VII, 81, ad ἀξιοῦν (a se aliquid exigere vel id sibi faciendum putare tanquam justum ac debitum): III, 46, 3. I, 22. 42. 74. 122. II, 11. 42. 43. 53. 64. III, 37. 38. 39. 40. 55. 61. IV, 83. 122. VII, 5. 15. etc., ad τὶ, quod pertinet ad περαιτέρω, quamquam etiam ad λέγειν referri potest, comparativo adjunctum II, 89: τὶ ἐμπειρότεροι. — Bloomf. vertit: (as behave us) to be more long-sighted and have a farther forecast than you who only give a temporary consideration.

IV, 18, 3: διὰ τὸ ἡδονὴν ἔχον ἐν τῷ αὐτίκα. Hoc loco ἔχον non confusione duarum loquendi rationum, διὰ τὸ ἔχειν et ἡδ. ἔχον (absolute), statuta cum Pp., cui suffragantur Arn. et Goell., pro ἔχειν positum esse putandum est, sed certe verba idem valent quod διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτίκα ἡδύ, id quod est consilium deficienti, ut ait Portus, νεωτερισμόν, Hs.: propter novarum rerum studium, quod in praesentia voluptatem afferre solet. Sensus quidem ex utraque interpretatione idem efficitur: quod res iis grata erat sive voluptatem afferebat. Krueg. cf. τὸ δεδιὸς (I, 36, 1) et Haack. ἐν τῷ μὴ μελετῶντι (I, 142, 4), Matth. Gr. §. 570, Pp. Prolegg. I, 100. 149. Demosth. de cor. p. 1182: τὸ καλῶς ἔχον.

V, 9, 3: τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖται μὴ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς καὶ ἀντιπαρταχθέντος (acie palam contra ipsos instructa) ἢ ἐκ τοῦ πρὸς τὸ παρὸν συμφέροντος. Pp. tacet. cf. I, 142, 4 et III, 38, 4: μετὰ δεδοκμασμένον.

V, 9, 4: τοῦ ὑπαπιέναι πλέον ἢ τοῦ μένοντος τὴν διάνοιαν ἔχουσι, cogitant magis evadere quam manentes esse, non variandae orationis causa a Thucydide scriptum est, sed subtili quadam ratione pro infinitivo.

\*) Non huc referendum est quod Bernhardy. Synt. Gr. p. 316 dicit haec participia et cum genitivo et cum adjectivo posse conjungi, nam confert Aristoph. Eccles. 1171: τῆς ἐμῆς κεκτημένης, Theocrit. 2, 3: τὸν ἐμὸν βαρὺν εὖντα, Plat. Phaedr. p. 244 E.: τὸν ἐαυτῆς ἔχοντα: quae omnia nullaratione nisi summa licentia poetica defenduntur (praeterquam quod Theocriti locus vix quadrat).

\*\*) Krueger.: das völlig Anerkannte (an Begriffen und Grundsätzen).



V, 9, 4: ἐν τῷ ἀνειμένῳ αὐτῶν τῆς γνώμης, dum sunt animis remissis (socordes).

V, 66, 3: τὸ ἐπιμελές τοῦ δρωμένου, schol. ἡ ἐπιμέλεια τῶν γινομένων, „die Sorge für die Ausführung.“ Haec locatio plane Thucydida est. Usitatius est τὸ δραστήριον, industria, II, 63: μετὰ τοῦ δραστηρίου. cf. Arrian. Anab. V, 7, 5 (ed. Krueger.)

V, 102: μετὰ τοῦ δρωμένου, Port. si strenue rem geramus, bei kräftigem Verfahren.

VI, 16, 3: ἐκ τοῦ δρωμένου. Arn. comparat Oed. Col. 1604 (quem locum Bernh. quoque habet in Synt. Gr. p. 327): ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρώντος ἡδονήν, cum omni in re ei satis factum esset.

V, 104: τῆς δυνάμεως τῷ ἐλλείποντι, schol. τῇ ἀσθενείᾳ, Hs. ad potentiae tenuitatem. VI, 69: τῷ ἐλλείποντι αὐτῆς (sc. τῆς ἐπιστήμης), propter scientiae inopiam, quotiens haec deficeret, schol. τῇ ἐλλείψει. Sic etiam apud Xenoph.

VI, 24, 1: τὸ ἐπιθυμοῦν τοῦ πλοῦ, schol. τὴν ἐπιθυμίαν.

VI, 55, 4: πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς κατεκράτησε, τῇ περιουσίᾳ (Ueberschuss) τῆς ἀσφαλείας. Hs.: imperium multis abundans firmis praesidiis retinuit.

VII, 68, 1: τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, i. e. τῆς γνώμης τὸν θυμόν, animi iram vel potius animum iratum. Bloomf. cf. Eurip. Hec. 299. Dobree. Antiph. 2, γ, 3. J. Chrys. IV, 661. Dion. Cass. p. 1201. Plut. Fab. M. c. 20. Agath. IV, 8 (τῆς γνώμης τὸ ἀνιώμενον).

VII, 83, 3: τὸ ἡσυχάζον τῆς νυκτός, noctis silentium.

VIII, 46, 5: ἐκ περιόντος (ex abundantia) ἀγωνεῖσθαι, cf. supra V, 9, 3: ἀπὸ τοῦ ἀντιπαραταχθέντος. Hoc loco schol. dicit: ἡγουν ἐκ τοῦ ὑπερβάλλοντος, „mit überlegenen Streitkräften.“ cf. supra VI, 55, 4: πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς, V, 103, 1: ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, VIII, 45, 2: ἐκ περιουσίας. Paene omnes et optimi libri articulum hoc loco omittunt nec habent Bekk., Pp., Krueg., Bloomf. autem requirit, quem in cod. Aug. recens manus addidit. Sed dictum est ut alibi: ἐξ ἴσου (I, 120, 1)\*), ἐξ ἀπροσδοκίτου, ἐξ ἀναγκαίου (VII, 60, 3) etc.

Fraetermittenda sunt illa participia, quae plane in substantivorum usum abierunt, velut: τὸ ξυμφέρον (I, 42, 2. II, 40, 4. III, 56, 2 et 4. IV, 60, 1. V, 9, 3. V, 90. V, 106. V, 107. VII, 57, 1. cf. VI, 85, 3: πρὸς τὸ λυσιτελοῦν), utilitas, τὸ εἰωθός, consuetudo (παρὰ τὸ εἰωθός: IV, 17, 2. IV, 55, 2. VII, 60, 4. VII, 75, 5. κατὰ τὸ εἰωθός: IV, 67, 5), τὸ εἰκός, aequitas (V, 96. V, 105, 1 etc.), τὸ καθεστηκός (παρὰ τ. κ. I, 98, 2. VII, 67, 2), juris consuetudo, institutum, mos, multa quae alia, quae Thucydidis minime propria sunt.

In his igitur omnibus, quae supra attuli, exemplis neutrum participii naturam nominis substantivi induit, ut sexcenties adjectivi neutrum apud Thucydidem pro substantivo abstracto reperitur, cujus usus nonnulla mihi liceat afferre exempla.

I, 6, 3: (κατὰ) τὸ ξυγγενές (I, 95, 1. III, 86, 2. VI, 6, 3. 20, 2. 76, 2. 88, 8. VII, 58, 3. κατὰ ξυγγένειαν VI, 50, 3. VII, 57, 1). 37, 2: τὸ σῶφρον (III, 82, 3). 68, 1: τὸ πιστόν (II, 40, 4. VI, 72, 4). 69, 3: τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν. 76, 3: τὸ ἐπιεικές. (IV, 19, 2). 84, 1: τὸ βραδύ. 84, 2: τὸ εὐχοσμον. 102, 2: τὸ τολμηρόν. (II, 89, 3: ἡ τόλμα, II, 87, 3: τὸ τολμηρότερον). 107, 4: (κατὰ) τὸ ξυμμαχικόν. (II, 101, 3. III, 3, 3. V, 6, 2. VII, 33, 5 etc.). 120, 3: τὸ ἡσύχιον. 120, 4: τὸ τεργπνόν (II, 53, 1). — II, 15, 2: μετὰ τοῦ ξυνετοῦ (III, 82, 4. 83, 2.) 27, 2: τὸ διάφορον. 38, 1: τὸ λυπηρόν. 39, 1: τὸ εὐψυχον (V, 9, 1). 39, 2: τὸ ἀνδρείον (II, 87, 2. IV, 126, 4 et 6). 42, 2: τὸ αἰσχρόν. 42, 3: τὸ εὐδαιμον, τὸ ἐλεύθερον (IV, 92, 3. V, 99). 44, 3: τὸ φιλότιμον.\*\* 51, 2: τὸ ἀνέλπιστον. 62, 5: τὸ ἄπορον. (III, 82, 7. IV, 127, 2), τὸ ὑπέρφρον. 63, 2: τὸ ἄπραγμον, μετὰ τοῦ δραστηρίου. 64, 4: τὸ ἐπίφθονον. 64, 5: τὸ πρόθυμον. 74, 2: τὸ ξυνώμοτον. 89, 4: τὸ βέβαιον. — III, 10, 1: τὸ δίκαιον (III, 56, 2. IV, 61, 3. V, 90. VI, 79, 1). 22, 1: τὸ σκοτεινόν. 30, 1: τὸ ἀφύλακτον. 37, 2: τὸ ἀδεές καὶ ἀνεπιβούλευτον. 46, 2: διὰ τὸ ἀξύμβατον. 52, 3: ἦσαν ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ. 56, 2: τὸ πολέμιον. 82, 4: τὸ ἀνανδρον. 83, 1: τὸ εὐήθες, τὸ γενναῖον, ἐς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ βεβαίου. 83, 2: τὸ αὐτῶν ἐνδεές. 83, 3: τὸ πολύτροπον αὐτῶν τῆς γνώμης. — IV, 10, 2: τοῦ χωρίου τὸ δυσέμβατον. 36, 2: τὸ κορημῶδες. 62, 3: τὸ ἀστάθμητον. 63, 1: τὸ ἐλλιπές τῆς γνώμης. 85, 2: τὸ πρόθυμον (VI, 69, 5).

\*) ἐκ τοῦ ἴσου IV, 117, 3. ἀπὸ τοῦ ἴσου V, 101. cf. I, 39, 1. II, 62, 5. IV, 10, 4. V, 104. VI, 10, 1. VII, 57, 6.

\*\*) Verum II, 44, 1: τὸ εὐτυχές non idem est quod ἡ εὐτυχία in universum, sed dicitur hoc solum quod accidit feliciter accidisse, velut III, 24, 3: τὸ ἀληθές, rei veritas (cf. III, 29, 2 et VI, 60, 3: τὸ σαφές).

87, 2: τὸ εὐλογον, τὸ εὐνον (V, 109). 92, 2: τὸ προμηθές. 130, 3: (κατὰ) τὸ στασιωτικόν. — V, 7, 3: τὸ λιμνωδες. 11, 1: τὸ πολέμιον. 66, 3: τὸ ἐπιμελές. 68, 1: τὸ κομπῶδες. 90: τὸ ἀκριβές. 97: τὸ ἀσφαλές. 99: τῆς ἀρχῆς τὸ ἀναγκαῖον, τὸ ἀλόγιστον. 105, 2: τὸ αἰσχρόν, pudor (VI, 11, 5 ignominia, et VI, 10, 2: ἐκ τοῦ αἰσχίονος), ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον, τὸ ἄφρον. 108: τῆς γνώμης τὸ ξυγγενές. 109: τὸ ἐχυρόν, fiducia. — VI, 11, 5: τὸ σφέτερον ἀπρεπές. 16, 2: τῷ ἐμῷ διακρεπεῖ. 18, 4: τὸ ἥσυχον. 24, 1: τὸ ὀχλωδες. 18, 7: τὸ ἀκριβές (82, 3). 55, 4: τὸ φοβερόν, τὸ ἀκριβές. 59, 1: τὸ περιδεές (VIII, 1, 5). 89, 1: τὸ ὑποπτόν μου (85, 3. 86, 4). 89, 2: μετὰ τοῦ ἄληθοῦς (σκοπῶν). 92, 2: τὸ φιλόπολι. 101, 5: τὸ ἀσφαλές (IV, 126, 6). — VII, 55, 2: τὸ διάφορον (75, 7). 57, 6: τὸ εὐπρεπές (I, 39, 2. III, 38, 2. 44, 2). 63, 1: τὸ φοβερόν. 87, 1: διὰ τὸ ἀστέγαστον. 73, 2: ὑπὸ τοῦ περιχαροῦς τῆς νίκης. — VIII, 27, 2: τῷ αἰσχυρῷ, ὀνειδίει si cum Kruegero uncis inclusimus. 66, 4: τὸ ἀπιστον. 92, 9: τῷ ἄληθεῖ, certe insolito pro τῇ ἀληθείᾳ positum, sed cf. VI, 89, 2: μετὰ τοῦ ἄληθοῦς σκοπῶν et Krueg. Stud. II, p. 205. Haase. recepit alteram lectionem τῷ πλήθει. — His adjectivis, quae substantivi naturam induerunt, facile possunt addi vel adjectivum alterum vel adverbium vel pronomen: I, 37, 3: τὸ εὐπρεπές ἄσπονδον. II, 22, 2: τὸ παλαιὸν ξυμμαχικόν. V, 68, 1: τὸ ἀνθρώπειον κομπῶδες. VI, 34, 4: τὸ ξύνηθες ἥσυχον. 55, 4: τὸ πρότερον ξύνηθες φοβερόν. III, 82, 4: τὸ ἐμπλήκτως ὄξύ. IV, 61, 4: τὸ κοινῶς φοβερόν. VII, 71, 3: τὸ ἀκρίτως ξυνεχές. — II, 61, 2: τὸ ὑμέτερον ἀσθενές τῆς γνώμης. IV, 87, 1: τὸ ὑμέτερον εὐνον. V, 46, 1: τὸ σφέτερον καλόν, τὸ ἐκείνων ἀπρεπές (cf. VI, 11, 5: τὸ σφέτερον ἀπρεπές). V, 98: τὸ ὑμέτερον ξύμφορον (cf. III, 34, 2). VI, 16, 2: τῷ ἐμῷ διακρεπεῖ. 85, 3: τὸ ἡμέτερον ὑποπτον.

Neutro singularis participii, addito articulo, etiam hominum universitatem, sensu, ut dicant, colectivo, significari notum est, sed cum Thucydides hoc dicendi genere satis frequenter utatur, hos locos commemoro (Matth. Gr. §. 269): τὸ θεραπεῦον, τὸ μὴ ὑπεῖκον (III, 39, 5), τὸ εἶκον (IV, 61, 4), τὸ ἐπιόν (IV, 61, 4), τὸ κωλύσον (IV, 78, 5), τὸ πιστεῦον καὶ φοβούμενον (VI, 35), τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι (VI, 89, 3), τὸ βουλόμενον (VII, 48, 3. 49, 1), τὸ ξυνεστιχός (VIII, 66, 2) etc., sic partem potissimum (ut τὸ νικῶν τῶν Ἀθηναίων IV, 96, 4) saepe exprimi res trita est. Ille autem usus participii sequitur adjectivorum rationem, in quibus multo latius patet (Matth. Gr. §. 267), imprimis apud Thucydidem (cf. Heilm. de serm. etc. p. 182), velut I, 1: τὸ Ἑλληνικόν pro τοὺς Ἕλληνας legitur, V, 3, 4: τὸ Πελοποννήσιον, III, 94, 3: τὸ ἠπειρωτικόν, I, 4, 1 (II, 69): τὸ ληστικόν, τὸ ἐπικουρικόν (IV, 52, 1. 55, 2. VIII, 25, 2. 55, 3), τὸ ὀπλιτικόν (IV, 124, 1. V, 6, 4. VI, 72, 3. VII, 11, 2), τὸ ξυμμαχικόν (IV, 77, 2. 105, 1. VIII, 9, 2), τὸ ἐταιρικόν (III, 82, 5. VIII, 48, 2), τὸ ξυγγενές, cognati (III, 82, 5) τὸ ἀνθρώπειον, homines (IV, 61, 4)\*, τὸ πλέον plebs, τὸ ἔλασσον, nobilitas (IV, 86, 3), τὸ ἀντίπαλον, aemuli, schol. ἀνταγωνιζόμενοι (II, 45, 1), τὸ πρεσβύτερόν τε καὶ τὸ νεώτερον (V, 60, 1), τὸ φρουρικόν (V, 80, 3; Hs. legit φρούριον et profecto τὸ φρουρικόν (praesidium) sic usurpatum novum est), τὸ ἱππικόν (VI, 22, 2. VII, 30, 2. ex. c.) et τὸ ναυτικόν (VI, 17, 5. 43, 1. VII, 12, 2. VIII, 2, 2. etc.) sic saepissime, τὸ στρατιωτικόν, milites (VIII, 83, 2), τὸ πολιτικόν, cives (VIII, 93, 3. schol. πολιτεία, civitas). Sed de hoc satis, cum non meum sit de neutrius apud Thucydidem usu, qui propria quaestione dignus esse videatur, hoc loco disserere.

Altera pars sequetur.

\*) Rarissime. Saepe autem sic τὸ θεῖον. V, 105, 1 et 2: τῆς ἐς τὸ θεῖον νομίσεως, πρὸς τὸ θεῖον.

## A. Verfügungen des Königlichen Provinzial-Schul-Kollegiums in Danzig von allgemeinerem Interesse.

19. April 1881. Der Lektionsplan für das Schuljahr 1881/82 wird genehmigt.

21. April 1881. Bei der Ausstellung von Zeugnissen für den einjährigen Militärdienst sind die Bestimmungen der im Centralblatt 1881 p. 188 abgedruckten Ministerial-Verfügung vom 9. Februar cr. U. II. No. 3814 zu beachten.

10. Juni 1881. Der Rektor wird beauftragt, die als ordentliche Lehrer bestätigten Herren **Himstedt** und **Ködderitz** vorschriftsmässig zu vereidigen.

21. Juni 1881. Der von dem ordentlichen Lehrer Herrn **Langenickel** zu einer militärischen Übung nachgesuchte zwölf tägige Urlaub und die angezeigte Vertretung werden genehmigt.

21. Juni 1881. Dem ordentlichen Lehrer Herrn **Lic. von Dąbrowski** wird die Genehmigung, die Lokalaufsicht über die Schulen in **Złotowo**, **Grodziczno** und **Wulka** zu führen, unter Vorbehalt des jederzeitigen Widerrufs erteilt.

3. August 1881. Der Rektor wird beauftragt, bei der Prüfung der beiden Obersekundaner zugleich als Königlicher Kommissarius zu fungieren.

8. August 1881. Es wird angeordnet, dass, wenn ein Schüler vor vollendetem vierzehnten Lebensjahre die Anstalt verlässt und sein Übergang auf eine andere Schule zweifelhaft erscheint, der Lokalschulbehörde seines Heimatsortes durch den Rektor von dem erfolgten Abgang binnen vier Wochen Mitteilung gemacht werden soll.

10. August 1881. Der Rektor wird aufgefordert, nach Rücksprache mit dem Lehrerkollegium drei Themata für die Beratungen der Direktorenkonferenz des Jahres 1883 bis zum 1. November cr. in Vorschlag zu bringen.

(Das Lehrerkollegium stellte folgende drei Thesen auf:

1. Wie ist bei den Schülern der Gymnasien grösseres Interesse für die französische Sprache zu erwecken?
